

per hunc locum, quia exponam tibi totum
magisterium, vnde tu possis trahere totum
magisterium.

De diuersitate quarta.

In diuersitate quarta dixi tibi verbum par-
uum, & complebo tibi h̄ic. Debes videre in
rebus quę sunt in seculo, si in eis inuenire po-
tueris de istis diuersitatibus. Et sunt istae di-
uersitates ignis, aer, maiores: aqua, terra mi-
nores: ignis maior super omnia: aer minor i-
gne, aqua maior terra: & minor aere, terra mi-
nor aqua. Diuersitates aeris & aquæ, gran-
des: de terra & igne minores: aer maior a-
qua, minor aere & maior terra: terra minor
aqua, & maior igne: ignis minor terra. Diuer-
sitates de aqua & terra grandes: ignis & aer
minores: aqua maior quam terra: terra mai-
or quam aqua, & maior quam ignis: ignis
maior quam terra, & minor quam aer: aer mi-
nor igne. Diuersitates ignis & terra maiores:
aer & aqua minores. Ignis maior terra: terra
minor igne, & maior aere: aer minor quam
terra, & maior quam aqua: aqua minor quam
aer. Et de istis diuersitatibus facias quod fa-
cere potueris. Quapropter istas diuersitates
dicunt vnamquamque rem calidam & siccā,
aut calidam & humidam, aut frigidam & sic-
cā, aut frigidā & humidam. Verbi gratia, tu
scis quod ignis est magis calidus quam aer,
& aer contrarius igni in humiditate: & terra
est